

Seu si eisdem episcopo et capitulo uel quibusuis alijs communiter uel diuisim a dicta sit sede indultum quod interdicti suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem Contradictores auctoritate nostra etc. Datum ut supra.

¹ *Felskrivning* för ad hoc. ² *Felskrivning* för habente (jfr SD 7022). ³ *Felskrivning* för student.

Non obstantibus etc. För de transumerade partierna se formuläret i bullan SD 6832 med i vissa av bokstavsnoterna angivna avvikelser från detta.

7022.

1364 juli 2.

Avignon.

Urban V providerar Conradus Campsoris med archidiakonaten Waren av Schwerins stift, även om detta är en värdighet, som brukar besättas genom val, och är förenat med själavård. Conradus Campsoris, som innehade dekanaten vid Schwerins domkyrka, och Johannes Junghe, som innehade archidiakonaten Waren vid samma domkyrka, önskade nämligen byta tjänster, och därför hade Conradus genom Odbernus Johannis, klerk från Linköpings stift och ställföreträdare för Henricus Bulleren, Conrads ombud vid kurian, och Johannes i egen person vid påvestolen resignerat från dessa tjänster inför Petrus, abbot i benediktinerklostret Montmajour av stiftet Arles, vilken på påvligt uppdrag bifallit dessa resignationer, och därigenom hade archidiakonaten blivit ledigt, ehuru ej med större rätt än Johannes haft därtill. Conradus Campsoris får alltjämt behålla sina kanonikat och prebenden vid Schwerins och Lübecks domkyrkor.

Härom tillskrivas de utsedda exekutorerna dekanerna vid Lübecks domkyrka och vid S. Agricoli kyrka i Avignon samt skattmästaren vid Lübecks domkyrka.

Reg. Auin. 156, fol. 467 v—468 r, Vatikanark.

Jfr bullan SD 7021.

$$\begin{array}{c} = \\ \times \\ \times \end{array}$$

Dilecto filio Conrado Campsoris archidiacono Warnensi in ecclesia¹ Zwerinensi salutem etc. Apostolice sedis circumspecta benignitas desideria iusta petencium congruo fauore prosequitur et votis eorum que a rationis tramite non discordant libenter se exhibit propiciam et benignam Cum itaque nuper tu per dilectum filium Odbernum² Johannis Lincopensis diocesis[,] a dilecto filio Henrico Bulleren tuo et in Romana curia procuratore ad hoc a te specialem potestatem habente substitutum[,] decanatum ecclesie³ Zwerinensis et dilectus filius Johannes Junghe per seipsum archidiaconatum Warnensem in ecclesia predicta quos tunc temporis obtinebatis[,] cupientes eos ex certis rationabilibus causis inuicem permutare[,] in manibus dilecti filij Petri abbatis monasterij Montismaioris ordinis sancti *Benedicti* Arelatensis diocesis ex causa permutationis huiusmodi apud dictam sedem duxeritis libere resignandos[,] jdemque abbas resignationes huiusmodi de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo uiue uocis apud sedem admiserit antedictam Nos volentes uotis tuis annuere fauorabiliter in hac parte dictum archidiaconatum eciam si dignitas existat et ad illum⁴ consueuerit quis per electionem assumj et ei cura immineat animarum per huiusmodi resignationem vacantem cum omnibus iuribus et pertinencijs suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam prouidemus / decernentes prout est irritum et inane si secus super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptatum forsan est hactenus uel contigerit imposterum attemptari Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrarijs iuramento — — — processum Quibus omnibus in assecucione⁵ archidiaconatus dicti te volumus anteferri sed nullum — — — generari

Seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filijs capitulo Zwerinensi uel quibusuis alijs communiter uel diuisim a dicta sit sede indultum quod ad recepcionem — — — mencio specialis Aut si presens non fueris — — — illud prestes Seu quod in dicta Zwerinensi et in Lubicensi ecclesijs canonicatus et prebendas nosceris obtinere Nostre tamen intencionis existit quod in archidiaconatu predicto per nos ut premittitur tibi collato ex collacione nostra huiusmodi nullum jus tibi quomodolibet acquiratur nisi tu et dictus Johannes tempore resignacionum huiusmodi jus haberetis in decanatu et archidiaconatu predictis per uos taliter resignatis Nulli ergo etc. nostre collacionis prouisionis constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Auinione vj. nonas julij anno secundo

In eodem modo Dilectis filijs · · Lubicensis et · · sancti Agricoli Auinioensis decanis ac · · thesaurario eiusdem Lubicensis ecclesiarum salutem etc. Apostolice sedis etc. usque taliter resignatis Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus uos uel duo aut vnus vestrum per uos uel alium seu alios eundem Conradum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem archidiaconatus iuriumque et pertinenciarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore[,] facientes ipsum uel dictum procuratorem pro eo ad ipsum archidiaconatum in eadem ⁶-ecclesia Zwerinensi-⁶ ut est moris admitti sibi que de ipsius archidiaconatus fructibus redditibus prouentibus iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi Non obstantibus omnibus supradictis Seu si eisdem episcopo et capitulo uel quibusuis alijs communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdicti suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem Contra-dictores etc. Datum ut supra ·

¹ Härefter understruket Warnensi. ² I marginalen, i stället för understruket Odbermun. ³ Härefter underprickat och överstruket S. ⁴ I marginalen, i stället för understruket illam. ⁵ Härefter överstruket huiusmodi. ⁶⁻⁶ Genom signa ändrat från Zwerinensi ecclesia.

Non obstantibus etc. För de transumerade partierna se formuläret i bullan SD 6832 med i vissa av bokstavsnoterna angivna avvikelser från detta.

7023.

1364 juli 4.

Rostock.

Väpnaren Henrik von Domantze intygar, att rådet i Rostock betalat honom hela hans sold, för att han tjänat staden vid och i Borgholms slott på Öland, och givit honom full ersättning för alla skador, för förlust av vapen och andra tillhörigheter och för allehanda omkostnader.

Orig. på perg. (13 rader) i Stadtarchiv Rostock: Söldnerwesen.

Tryckt: Hansisches UB IV (1896), n. 125; Mecklenburgisches UB XXV A (1936), n. 14562.

Ego Hinricus de Domantze famulus · tenore presentium recognosco publice protestando, quod famosi viri domini · · consules in Rozstoch suo · et communitatis sue nomine michi omne meum stipendium · ab ipsis in eorum seruicio super castrum seu in castro Borholmen terre Olandie · deseruitum vna · cum totali · et plenaria satisfacione omnium et singulorum meorum dampnorum · perditionum armorum et aliarum mearum rerum ac expensarum mearum quarumcumque integraliter et ad voluntatem meam jta quod eis grates refero · persoluerunt · recognoscens me in huiusmodi solutione per